



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate  
Libri Septem**

**Scardeone, Bernardino**

**Venetiis, 1542**

De lasciuia iuuenum consuetudine cap. iii

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30433**

## DE MALE PROFITEN. RELIGIO.

tri, (ut de nris christianis dicamus, quod ille ibidē de genitibus dixerat) q̄ dicāt quos redimerint captiuos, q̄ cōuerterint alimēta pauperibus, qbus p̄fugis uiuendi subsidia administrarūt. Indignū est sane facere de sacro p̄phaniū et existimare eā diuitiarē copiā, eāq̄ opū uim, quā nunc parit plerisq̄ religio, ad lasciuā, et ostentationē, ac lacramtiā tñ mō referendā esse, et nō potius in pios usus, et ad eā liberalitatē, qua cōperimus usos fuisse olim maiores n̄ros, quoq; uita et inter uoluptates incorrupta, et in diuitiis ab omni cupiditate aliēa p̄rsus fuit. Nihil, n. qc̄ sibi tūc uiri illi ex his opibus retinebāt, p̄t̄er uictū, et uellitū, et hūc ipsum decentē, et frugi: reliquū uero ut Christi p̄moniū, et Christo debitu C̄risti pauperibus erogābāt, memores semp̄ ueobi illius saluatoris nostri dicētis.

Math. 25.

Quamdiu uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, si ob frugalitatē, semp̄ habiti sunt, et re uera fuere. Alii di. D. Ambrosium cōtra Auxentiū Arrianū de se ita predicantem. Habeo (inquit) ærarios, sed ærarii mei pauperes Christi sunt. Hunc noui cōgregare thesaurū: Vtinam mihi hoc semper crimē ascribāt, q̄ à me autum pro ecclesiæ pauperibus erogatur. Haec tenus illa. Ita est profecto faciendum ut docet Ambrosius si inter electos esse uelimus: quibus in nouissimo die dicturus es dominus. Venite benedicti patris mei possidete regnum paratum uobis à constititione mundi. Esuriui, et dedistis mihi manducaret, et cætera misericordiæ officia, quæ sequuntur.

De lasciuia iuuenum consuetudinem.  
Cap. IIII.

Math. 25.

Illa tunc sane fiebant, at modo nostris temporibus quanto serius contingit: quum iam (ut uidemus) a principio ætatis trāslatum sit omne certamen ad turpitudines omnis cogitatio, et industria ad uoluptates. Tor

pent ubique ingenia desidiosae iuuentutis, somnus, laguor  
inertia inuasit animos. Cantandi modo, et pulsandi, sal  
tandique, ac ludendi praecipua sunt nostrorum iuuenium  
studia. Hae sectantur, his gaudent, his sese oblectant in  
his denique assidue et intemperanter uersantur. Quotus  
enim quisque nostrorum iuuenium nunc per haec infelicia  
temporainuenias benes moratum, recteque institutum, et  
in studiis litterarum, et ingenuis artibus, ac diuinis lectio  
nibus, et meditationibus uersatum, ut decet candidatos,  
et ratio postulat religionis, atque pietatis in Deum? Quia  
ob rem nihil mirum si eiusmodi studiis uacantes, ener  
uentur iuueniles animi, et ad incontinentia prolabantur.  
Eneruant animos (ait ille) cantus citharae, lyrae.  
Et vox, et numeris brachia mota suis.

Exstat prouerbium, Bonus cantor, bonus cupediarius, quia  
si eiusdem pene sit hominis, et aures cantu, et palatu obles  
tare cupediis. Propterea Aristoteles (ut recte interprae  
tatur Cellius) quare eiusmodi uitae deditos incōtinentiae  
reos faceret his argumentis, probabat. Cur (inq*uit*) id genus  
hominum, quod dionysiacos technitas, idest artifices bac  
chanales appellamus, improbo esse moribus magna  
ex parte consueuerunt: non ne qua minime sapientiae studio?  
et ex eo qui in artibus non necessariis magnam partem aetatis  
consumunt suae, et uitia ut plurimum traducunt incōtinenter  
partim etiam cum inopia: quod quidem utruncque et uitia gignit, et  
auget. Haec illae. Tales sunt et quibus nec in postremis est  
studius, capillos ungere, incedere indigitos, numerare pa  
sus, ad blanditias muliebres uocem formare, atque mollicie  
ipsa corporis certare cum fœminis, earumque corruptelis, et li  
bidinibus delectari, ac denique: ita cōptos et ex ornatos esse  
undique, ut procos potius, qui probos, et cōpositos magis qui pro  
positos dicas. His sunt, pro studio sobrietatis luxus, pro car  
nis maceratione libido et uoluptates, pro horariis prae  
cibus alea: pro studio scripturarum uagatio, citharae, et can  
tus, pro sacris rationibus, comedia, et ipudica, spectacula.